

Thüringen und Markgraf Heinrich von Meissen nebst anderen ausgestellt sein soll, doch von deren Inhalt nichts weiter bekannt ist.

506.

Markgraf Heinrich bestätigt auf Bitten seiner Mutter Jutta dem von seinem Vater, dem Markgrafen Dietrich, gestifteten Kloster Eisenberg verschiedene Güter zu Schleußkau, Pichen, Zwicau und Eisenberg.

1234 Juli 11.

Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q IX. E. 2. Das S., an rothen Seidenfäden, verloren. Phot. II. St. A. Anm.: Wegen der Zeugen vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 73 Anm. 4.

¶ In nomine: sancte et individue trinitatis. Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam fallax est gratia | 10 et vana huius seculi pulcritudo preteriens velud umbra et sicut ros inane pertransiens, ideo felices, qui memorantes novissima sua operibus misericordie inserviunt, | in hac vita concessa sibi divinitus bona temporalia taliter dispensantes, ut pro terrenis celestia, pro transitoriis æterna felici commercio recipere mereamur. | Cuius rei consideratione permoti 15 ęcclesię sanctimonialium in Ysinbere, que in fundo nostro sita est et a pie memorie patre 15 nostro domino Theoderico illustri marchione Misnense fundata, preter alia, que iam dictus pater noster in foundationis exordio contulit ęcclesię memorate, nos ad petitionem dilectissime matris nostre Iuthe per successiones temporum de proprietate nostra contulimus vineam in Sluscowe cum tribus mansis et dimidio ad culturam vinee deputatis et insuper unum mansum in eadem villa. Item in Pichene III mansos et dimidium cum 20 duobus virgultis. Item in Zwicowe terciam partem mansi, qui len dicitur in vulgari, et in Ysinbere allodium, quod Iohannes Sagitarius aliquando habebat in feodo et ipse in manibus nostris ius feodi resignavit. Has igitur donationes ad posteritatis noticiam deducentes ratificamus et nostro confirmamus assensu, quecumque vel a patre nostro vel a matre nostra prefate ęcclesię sunt collata, sub obtentu gratię nostrę precipientes districte, 25 ne quis eam in bonis habitis vel habendis inquietare presumat. Quod si fecerit, et divine ultionis iudicium et nostram experietur offensam. Prime donationis in Sluscowe testes sunt: Heidinricus prepositus Misnensis. Erkenbertus prefectus de Starkinbere. Vlricus de Vridenbere. Berchtoldus de Scidingen. Cunradus de Pichowe. Secunde donationis in Pichen testes sunt: Erkenbertus prefectus de Starkenbere. Heinricus de Corun. 30 Heinricus prepositus de Luseniz. Cunradus prepositus sancti Mauritii in Numbure. Magister Iohannes de Durlon. Rudolfus de Binowe. Guntherus et Ekkebertus de Ysinbere. Tercię donationis in Zwicowe testes sunt: Heinricus iunior advocatus de Wida. Heinricus de Corun. Cunradus camerarius. Fridericus plebanus. Quarte donationis in Ysinbere testes sunt: Comes Poppo de Hennenbere. Albertus prefectus de Dewin. 35 Cunradus conversus. Guntherus et Iohannes Sagitarius de Ysinbere. Datum anno domini M. ccc. xxx. iiii., quinto idus iulii.

(SD.)